UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XII. de Revocatione unionum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62377

Visual Library

REGVLA XI. INNOCENTII.

Quæ eſt XII. PAULI V.

REVOCATIO VNIONVM.

Item rationabilibus ſuadentibus cauſſis, ipſe Dominus noſter omnes uniones, annexiones & incorporationes de quibuſvis Cathedralibus, necnon aliis Eccleſiis, ac monaſteriis, dignitatibus, perſonalibus, officiis & beneficiis, & locis Eccleſiaſticis qualiacumque fuerint invicem, vel aliis Eccleſiis, monaſteriis, menſis (etiam capitularibus) dignitatibus perſonalibus, officiis, beneficiis, & aliis locis quomodolibet, Apoſtolica vel alia quavis auctoritate factas, quæ ſuum non ſunt ſortitæ effectum: ac quæcumque conceſſiones, & mandata ſuper unionibus, annexionibus, & incorporationibus taliter faciendis, revocavit, cauſſavit & irritavit, nulliuſque decrevit exiſtere firmitatis: nec alicui quaſcumq; clauſulas vel adjectiones in quibuſvis Apoſtolicis etiam quæ motu proprio, aut ex certa ſcientia proceſſerant & emanaverunt, literis, quomodolibet contentas adverſus revocationem, caſſationem & irritationem hujuſmodi voluit aliquatenus ſuffragari: unionibus, annexionibus & incorporationibus in favorem S. R. E. Cardinalium, quas in ſuo robore permanere voluit, in his omnibus duntaxat exceptis.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Iſta Regula dicit quod Papa revocat omnes uniones, annexiones, & incorporationes,
quæ non ſunt ſortita effectum, etiamſi motu proprio &c. Ratio dubitandi fuit maxima, 1
quia privilegium Principis, vel ordinarii debet eſſe perpetuum ar. c. decet. de Reg. jur.
lib. VI. *Sed ratio dicendi eſt clariſſima, quia ut dicit Oldr.* conſil. CCLX. quod incipit quod unio facta per Epiſcopum, in pr. *Vnio duarum Eccleſiarum eſt contrà jus* 2
commune, & etiam duorum beneficiorum: quia qualibet Eccleſia debet habere proprium

rectorem,

rectorem, c. quia nonnulli de cler. non reſid. xxi. q. per totum; & hoc eſt quod vult dicere Bald. in c. 1. in 1. col. Epiſcopum vel Abbatem col. x. dicens quod regulariter una Eccleſia, non eſt ancilla alterius, & allegat Jo. Mo. aliàs Jo. An. in c. ſi de reſcript. lib. 6. idem intelligo de beneficiis aliis: quia de jure communi unuſquiſq; debet reſidere in beneficio ſuo etiam xx. ſolidorum c. conquerente de Cle. non reſi. Ergo [illegible]
C iſtæ uniones dicuntur odioſæ de jure communi: quia per eas minuitur cultus divinus, & [illegible] reſtringi c. odia. de reg. ju. lib. 6. Et eſt ſciendum quod inter iſta vocabula, ſcilicet uniones, annexiones & incorporationes, eſt maxima differentia: quia non eſt adeò vocabulum, quod licet videatur unum & idem cum alio, quod non habeat differentiam aliquam [illegible] tex. cum gloſ. in l. ſi idem eſſet C. in Codicillis, & ideò dicit Baldus, in l. [illegible] legato C. de leg. quod ſimilia vocabula quæ ad invicem differunt, non differunt ſine magno myſterio, & ideò licet unio poteſt fieri uno de tribus modis ſecundum glo. in c. & temporis qualitas xvi. q. 1. & c. 1. ne ſede vacante, & in clem. per literas de præb. & eſt magna differentia inter modos iſtos, ut ibi. Tamen de incorporatione pono nunc exemplum, quod vidi in legatione Domini Ulip. boven. nam fuit propoſita una ſupplicatio [illegible] quod Eccleſia Collegiata habens IIII. Canonicos, & Canonicatus non valebat niſi V ducat. & non ſerviebant Canonici, quod unirentur dignitati ejuſdem Eccleſiæ, propter paupertatem &c. Ego dedi votum contrarium per prædicta jura, quæ ſuperius allegavi, & iſta propriè vocatur incorporatio: quia extinguitur beneficium, & incorporatur alteri in eadem Eccleſia, & iſta regula habet locum in iſtis.

Et in quantum iſta regula dicit niſi ſortitæ ſint effectum &c. ſuper hoc emanavit una extravagans Martini V. quæ declarat iſtam Regulam, ſcilicet quando non eſt ſecuta poſſeſſio, & vult etiam ſentire de poſſeſſione pacifica, ſed ego intelligebam iſtam, quando ſtabat per aliquem, cujus favore fiebat unio, quo minus haberet poſſeſſionem: quia tunc in ejus odium cenſetur revocata iſta unio; quia forte expectabat pinguius beneficium &c. ideò fraus & dolus non debent ibi ſuffragari l. nemo ex delicto ff. de reg. jur. ſed ſi volebat capere poſſeſſionem, & fecit quantum in ſe fuit & non potuit habere, ſed tamen executor ſuus ſibi [illegible], tunc ſecus: nam in hoc caſu non credebam habere locum illam Extravagantem per jura vulgaria cap. imputari & c. cum non ſtat per eum de reg. jur. lib. 6. & quia per [illegible] tionem acquiritur jus in re c. fin. de conceſſ. præb. lib. 6 ergò cenſetur iſte habere effectum in tali unione: & hoc allegavi in Rota in una cauſſa, ſed neſcio quid fuit determinatum, & de materia unionum multa poſſem hic dicere: ſed quia non faceret ad propoſitum, omitto. Unum tamen dicam, quod iſte modus unionum eſt unus de tribus ad fraudandum c. [illegible] ta & extravag. execrabilis de duobus vel tribus incompatibilib. quia non habet locum in beneficio unito c. ſuper eo de præb. lib. 6. alius modus eſt per adminiſtrationem, & alius per commendam c. dudum de elect. & c. qui plures xxi. q. 1. & vè nobis cum iſtis fraudibus dum ſteterimus ante tribunal Chriſti, qui eſt ſcrutator Cordium & Cognitor ſecretorum c. tua de ſimon. & c. in Civitate de uſur.

Item non omitto aliud in hoc dicere, de annexis quod impetrans beneficium & non facien
mentionem de annexis , ſi valorem verum etiam cum annexis expreßit non cenſetur gratia
ſubreptitia ut vult glo. not. in cap. gratia, de reſcript. lib. 6. *& ſic obtinuit unus in Cu-* 12
ria, in cujus favorem allegavi hoc: ſed iſtud intelligo verum , quando illa annexa erant ac-
ceſſoria ad illud beneficium impetratum: ſecus ſi fuiſſent principalia , ſcilicet quodlibet per ſe ,
ad hoc allegarem gl. in d. cle. per literas de præb. & c. ne Sede vacante & in d. c. tem-
poris qualitas xvi. q. 1. *Nam ſi tunc expreßiſſet , non ita de facili habuiſſet impetrans* arg. 13
c. poſtulaſti & quod ibi no. Jo. de Lig. & Abb. de reſcript. *ergò &c.*

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

O*mnes uniones*) Intellige quando auctoritate Papæ erant faciendæ: ut quia
Papa mandaverat in partibus , quod ſi de narratis conſtaret , uniret:
ſi interea temporis Papa moriatur, revocat hic Papa omnes illas uniones facien- 14
das & factas quæ non ſunt ſortitæ effectum, ſecus de faciendis vel factis auctori-
tate ordinaria. *Rebuffus hic.* Intereà adverte quod JULIUS III. ut tolleret
omnes difficultates quæ oriri poſſent ex eo, an ſub voce unionis, omnes unionis
ſpecies comprehenderentur , in Regula per ipſum edita deſignavit , & expreſ-
ſit omnes unionis ſpecies, dum inquit: *Item D. N. omnes uniones , annexiones , in-*
corporationes , ſuppreßiones , exſtinctiones , applicationes & diſmembrationes , quas om-
nes ſub hac Regula comprehendi voluit , etiam perpetuas uniones factas quibuſcumq; Ec-
cleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus, Univerſitatibus & aliis piis locis quæ ſuum non ſunt ſor- 15
titæ effectum; ut quaſcumq; conceßiones , & mandata ſuper unionibus , annexionibus , &
incorporationibus faciendis. Fuitque hæc regula ideò inventa , quia per unionem
diminuitur cultus divinus , & facultas conferendi , *Creſcent. deciſ. in fi. de Paro-*
chiis , & procedit in unionibus factis non ſolum quacumque auctoritate Apo-
ſtolica, ſed etiam alia quacumque: *Put. Deciſ. 215. lib.* non tamen ordinaria ut
dixi, vel Auctoritate Concilii Tridentini emanata , ut habetur in Reg. Pauli V. 16
quod & notat Flam. Pariſ. *de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 9. num.* 18. Item excipiun-
tur ab hac Regula uniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel
conſervatione Collegiorũ, & aliorum piorum & religioſorum locorum ad fidei 17
Catholicæ defenſionem & propagationem, bonarumq; artium cultum, ut in di-
cta Reg. Pauli V. ſtatuitur. Item quando fiunt vel ex cauſa dotis , & neceſſaria
alicujus loci , aut rei piæ , *Creſcent. Deciſ. 1. de Parochiis in fi. mandoſ. hic quæſt.* 3.
Achilles de Graſſis Deciſ. 388. *Caputaquen. Deciſ 42. part. 3.* & ſic ex cauſſa oneroſa
& remuneratoria. *Garcia de Benef. part. 12. c. 3. num. 297. Mohed. Deciſ.* 145. Creſc.

deciſ. 141. *vol. ad* augmentum cultus divini, *Caputaquen. d. deciſ. Mohed. deciſ.* 9. *de Privil. Put. deciſ.* 52. *n.* 2. *l.* 1. *& infrà dicemus*, vel quando unus ordo in totum ſupprimeretur & ejus beneficia alteri applicarentur *Gonzales ad Reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. § 7. *n.* 43. *& ſeqq.* Quid autem dicendum de annexione partis fructuum, & quid in hoſpitalibus, Præceptoriis, & eleemoſynaris? vide Mandoſium hic q. 2. & 4. Deniq; ceſſaret hæc Reg. ſi gratia de uniendo, vel unio facta haberet effectum ante hujus Regulæ promulgationem, ſeu renovationem per novum Papam factam, ut in hac Reg. ſtatuitur, aut niſi Pontifex in conceſſione unionis noluerit illam ſub hac Reg. comprehendi; quo caſu ſolet dare clauſulam hanc:
,, Volumuſq; præſentes literas ſub quibuſvis unionum revocationibus, ſuſpen-
,, ſionibus, limitationibus, modiſicationibus, derogationibus, & aliis contrariis
,, diſpoſitionibus etiam in genere, vel in ſpecie pro tempore quomodolibet etiam Apoſtolica auctoritate factis, vel faciendis, nullatenus unquam compre-
,, hendi, ſed ſemper ab illis excipi &c.

B *Contrà jus commune*) & ideò reſtringendæ *Calder. Conſil.* 13. *an unio tit. de Reb. Eccleſ. non alien. per cap. ſanctorum* 70. *diſt. Decius conſ.* 233. *Viſo tenore n.* 6. atque ita earum revocatio favorabilis eſt, maximè quando non ſunt ſortitæ effectum. Hodiè ex diſpoſitione Concilii Triden. *Seſſ.* 7. *cap.* 6. uniones perpetuæ ſive ſortitæ ſint effectum, ſive non, ſi à 40. Annis factæ fuerint, ab Ordinariis examinandæ, & quæ ſubreptitiæ repertæ fuerint revocantur, quia ſubreptio ipſo jure vitiat unionem, *Milis in verbo Unio primo Felii in cap. poſtulaſti col.* 7. *de reſcrip. Calder. Conſil. ult. de Reb. Eccleſ. non alien.*

C *Eſt maxima differentia*) Quam declarat Mandoſ. *ad hanc Reg. q.* 1. & Alphonſus Hojeda *de incomp. benef. p.* 2. *c.* 3. *n.* 3.

D *Non eſt ſecuta poſſeſſio*) Ecce quoad effectum hujus Reg. & Decreti Concilii Trident. *Seſſ.* 7. *cap.* 6. *de Reformat. & ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *verſ. Inſuper acceſſiones.* Unio dicitur ſortita effectum quando eſt ſecuta poſſeſſio, aliàs non, & ſic non ſubſecuta poſſeſſione ante hanc Reg. quæ per omnes Pontifices poſtridie aſſumptionis ad Pontificatum cum aliis publicatur, unio per eam revocatur, & ſuccedente vacatione poteſt de beneficio tanquàm verè vacante legitimè provideri, niſi unio ſit facta pro dote neceſſaria &c. *Mandoſ. ad hanc Regulam quæſt.* 3. *Mohed. deciſ.* 6. *de Privileg. & de eo extat deciſ. in una Toletana beneficii Villecaſ.* 20. *Novemb.* 1592. *coram D. Gipſio & in una Mediolanen. diſmembrationis* 16. *Novemb.* 1694. *coram D. Orano.*

E *Secus ſi principalia*) Si tamen unio, vel annexio viribus careat, vel ex defectu poteſtatis, vel ex defectu formæ, non erit neceſſe facere mentionem dictæ unionis vel annexionis in impetratione beneficii uniti vel annexi, *Vantius de Nullit. ex defectu Juriſ. num.* 19. *Felii in cap. ex tenore n.* 2. *de reſcript.* Evidens enim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim nullitas unionis oſtendit Adverſarium agere ſine ullo intereſſe, ac ulla actione, proinde audiri non debet *Bart. in l. Pupilli §. videmus ff. de neg. geſt. DD. in l. ſi autem §. ſi homo ff. de rei vend.* & hæc exceptio impedit omnem litis ingreſſum, 23
ſicut & obreptio *Marc. Blan. tract. de arbit. q. 4. n. 101.*

ARGVMENTA IN REG. INNOCENTII XII

1. Gratia facta per Papam ſuper juriſdictione, an probari debeat per ſacros apices.
2. Regula hæc an habeat locum in expectativis.
3. An habeat locum hæc Regula in novis proviſionibus, & in gratia ſi neutri.
4. Conſtitutio generaliter loquens cōprehendit in ſe etiam exceptiones poſitas in aliis conſtitutionibus licet ibi non dicatur.
5. Reſcriptum non eſſe præſentatū vel præſentatum judici, non obtentis ab eo litteris citatoriis paria ſunt, ad effectum hujus Regulæ.
6. Regula hæc aucta fuit per poſteriores ab Innocentio Pontifice, & in quo.
7. Ut huic regulæ ſit locus quæ requirantur.
8. Literæ gratiæ & juſtitiæ expirant per obitum Papæ illas concedentis.
9. Ante executam citationem res eſt integra: quod limita ut n. 9.
10. Reſcripta an ſint perpetua.

REGVLA XII. INNOCENTII VIII.

Quæ eſt XI. Pavli V.

REVALIDATIO LITTERARUM PRÆDECESSORIS GRATIÆ ET JVSTITIÆ INFRA Annum conceſſarum.

Item prædictus Dominus noſter omnes, & ſingulas ab ipſo Sixto prædeceſſore, infrà Annum ante diem obitus ejuſdem Gratiæ conceſſas, vel juſtitiæ litteras, temporibus debitis earum executoribus non præſentatas omnino revalidavit, & in ſtatum priſtinum, in quo videlicet ante fuerant, & eis pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenariè reſtituit, ac decrevit per executores prædictos, vel ab eis ſub-